

plena virtutibus fovebat et cum  
plenebatur spiritualiter Ipsa an  
te mulieres omnes scitate prece  
lente: puto quod intelligit quod nunc  
veritatem. Nam alie quidem partes gratia  
meminerunt. ipsa autem plena  
gratia ab angelo salutatur. **Hec an**  
**telus. Oratio.** Illuc uirga uesse  
florida et fructifera maia uir  
go beatissima. de qua uincit ille  
et singularis flos et fructus pro  
ditur. in uirtutum spiritualium genere eru  
pit: flos suauissimus emittens  
odorem: fructus sapidissimus in  
mitens dulcorē. flos cuius uoi  
tatis expellit mestitiam: fructus  
cuius sacietas uenenam dat letitiam  
Benedicta uirga de radice uesse:  
uirtus et flos: quod de tali ra  
dice ascendit. Benedicta arbor ben  
dictus et arboris fructus. Tuo er  
go flore me reuere: tuo fructu  
ab omni miseria me libera: uirgo  
maia in eternum benedicta. amen

**De reptione iohannis bap<sup>te</sup> Ca. iii**

**V**it autem in di  
ebus illis. factus  
in diebus hero  
dis regis iudee.  
sacerdos quidam  
noie sachaias  
de uita abia: et uxor eius noie

quantum ad obseruanciam ceremonialium:  
sine querela. quantum ad obseruanciam  
iudicialium: quod pacifice se ad proxi  
mos habebant. Et non erat illis  
filius propter stilitatem: quod est causa  
specialis mulierum. Ex quo apparet  
receptio precursoris miraculosa: quod  
non fuit tantum per naturam: sed per  
naturam gratia diuina adiuta. **T**  
Iste herodes de parte ydumeo de  
cendens fuit alienigena: et iam cep  
trum ablatum fuit de iuda: et  
ideo tempus aduentus christi instabat: quod  
iacob patriarcha spiritu prophetico sig  
num aduentus christi predicant. quod reg  
num iudee ad alienigenam translatum  
esset dicens. Non auferet ceptrum  
de iuda etc. **T** Et sciendum est hic  
quod cum moyses uultum instituisse su  
um sacerdotem. cui mortuo unus per  
ordinem succederet: dauid uolens im  
plere cultum domus domini. de xxiiii fa  
miliis quod descenderat ab aarone in  
stituit uiginti quatuor sacerdotes: su  
per quos unus unus maior erat et su  
mus omnium: quod dicebat princeps sac  
dotum. Instituit etiam ut uicissim mi  
nistrantes per ebdomadam a sabbo  
usque ad sabbatum tempore uias sue  
singuli castimoniae student: nec  
interim in domum ipsam intraret:  
sed in domiciliis circa templum

msw. 001A

alte Nr. 352.

Calixtus, Gg. mit

Sammlung mit insges. 67 Disputationen  
philosophischen Inhalts, darunter sind  
einige mathematische.

Herman. Conringus  
c. 15. 15. c. XL.

F. III. 6.

25  
27  
31  
41  
57  
61  
71  
81  
91  
101  
111  
121  
131  
141  
151  
161  
171  
181  
191  
201  
211  
221  
231  
241  
251  
261  
271  
281  
291  
301



38  
F S A G O G E

P O R P H Y R I A N A

CERTIS THESISIBVS INCLVSA

ET ADDISPVTANDVM IN ALMA

Academia VVitebergensi proposita

*Præside*

M. Iacobo Martini Halberstad:

*Respondente*

Christophoro Nauvverck,

Sorvigense.

*Ad diem 19. Decembris.*



VVITEBERGÆ,  
Typis VVolfgangi Meissneri,

clō 1ō XCIII.

T H E S I S.



1.

I omnes res in toto hoc universo conten-  
te suum proprium appetunt bonum; sic  
& mens nostra naturali propensione  
ad sui perfectionem ducitur.

2.

Perfectio hæc in nullo alio quam in uniuersi <sup>o</sup>ut & ge-  
neris veritate consistit, imo ipsa est veritas, In hac enim  
acquisita ut in fine summo & ultimo acquiescit.

3.

Veritas hæc cum in intimis rerum thalamis occulta  
& abscondita delitescit, nec menti statim obuia discursus  
græcis δ'ιστορία dicto, qui est Syllogismus naturalis, utitur.

4.

Discursus autem hic & naturalis Syllogismus rudis  
& imperfectus, arte est informandus, arte quidem Logica,  
qua propterea Logica ab Aristotele dicitur, quod discursum  
hunc rationis ad veritatem dirigat.

5.

Ad veritatem dirigat universam, non enim in una  
re, sed omnibus quibus homines instruimur occupata est.

6.

Ad veritatem hanc dirigat Syllogismo organo peculia-  
ri & præcipuo, qui Logico est, quod Architecto amussis &  
canon.

7.

Cum

Cum a. triplex mentis nostra sit operatio: simplicia nempe apprehendere, eadem componere, & compositis discurre-  
rere; Logica, cum sit informatrix rationis, ita se accommo-  
det, ut primum doceat, qua ratione simplices illae notiones  
per mentem à rebus individuis & singularibus abstracta has  
biles ad prædicandum fiant, ut ita in primis rerum notioni-  
bus secunda efformentur. Secundo ut doceat quomodo  
notiones hæc sint componenda, ut fiat Enunciatio, qua alis  
quid aiat aut neget. Et tandem quomodo legitima proposi-  
tionum connexio syllogismum pariat.

8.

Ergo minus utiliter & cum fructu, ad Syllogismum  
priusquam non de Enunciationibus, neq; ad has, priusquam  
non de simplicibus Noëmatibus agatur, possumus progredi.

9.

Ut a. primas simplices rerum notiones ad prædican-  
dum aptas & habiles reddat Logicus, illisq; secundas simpli-  
ces imponat, totam rerum universitatem à Metaphysico mu-  
tuatur.

10.

Illam certis quibusdam titulis & classibus distinguit,  
distinctaq; sua facit.

11.

Classes & titulos hos uno nomine appellat κατηγορήματα  
seu prædicabilia, quia prædicari possunt

12.

Prædicabilia a. sunt tituli seu classes quibus ceu gradibus  
simplicibus res seu rerum simplices notiones prima in prædi-  
camentis collocatæ distinguuntur, & ostenditur quomodo de  
alijs prædicari possint.

A 2 Præ



13.  
Prædicari dicimus id, quod de altero dicitur vel alteri  
attribuitur. Unde id cui tribuitur & de quo dicitur, dicitur  
subijci.

14.  
Tituli hi numero quinq; sunt: Genus, Species, Differentia,  
Proprium, Accidens.

15.  
Genus logicum est simplex ac pluribus & specie differē-  
tibus communis natura de quibus prædicatur in: Quid est.

16.  
Genus hoc dividitur in γενικώτατον seu generalissimum &  
ὑπάλληλον seu subalternum.

17.  
Genus generalissimum est, quod semper & tantum genus  
est, quod summum dicitur, quia habet in suo ordine non su-  
perius, cuius respectu fieri posset species.

18.  
Genus subalternum est, quod modo genus modo species  
est. Genus quidem inferiorum species superiorum.

19.  
Tota generis ratio in singulis speciebus est communis.

20.  
Hinc in genere multa involvuntur diversitates.

21.  
Species enim sub uno genere sunt distinctæ, diversæ &  
contrariæ. Unde causa erroris & confusionis argui potest.

22.  
Species est simplex & communis quædam natura subor-  
dinata generi, de qua genus prædicatur in quæstiōe: Quid est.  
Spe-

<sup>23.</sup>  
Species itidem duplex est εἰδὸς εἰδικώτατος & εἰδὸς ὑπ᾿ ἄλλου.

<sup>24.</sup>  
Species specialissima est quæ semper tantum species est & prædicatur de pluribus numero differentibus.

<sup>25.</sup>  
Numero seu ἀριθμῷ differre dicuntur Individua.

<sup>26.</sup>  
Unde Individuum definitur τὸ δὲ τι ἀριθμῷ ἐπὶ ἑνὶ quid numero seu res singularis, quæ à genere generalissimo longissime remota est, quæq; dividi distrabiq; non potest ut maneat una res in suo esse.

<sup>27.</sup>  
Ex definitione hac duæ resultant Individui conditiones. Prior Quod in se non sit divisum. Posterior. Quod ab alio quocumq; sit divisum.

<sup>28.</sup>  
Subalterna species est quæ est species & genus. Species superioris generis. Genus inferioris speciei.

<sup>29.</sup>  
Notandum, quod species & genus ejusdem sint prædicamenti. Quæcumq; enim sunt in diversis prædicamentis non possunt esse vel genera vel generum species.

<sup>30.</sup>  
Hic quæri posset utrum genus speciebus sit prius. Respondetur quod ita. Genus enim tanquam causa speciem constituit, partemq; essendi tribuit. Per genus simul definitur.

<sup>31.</sup>  
Genus quidem à suis speciebus abstrahitur & ex illis colligitur, manet tamen prius speciebus ratione & cognitione. Facit enim ad speciei intelligentiam.

A 3 Dif.



32.

Differentia generaliter definiri potest qua aliquid ab aliquo distinguitur.

33.

Differentia duplex sunt accidentales & Specifica.

34.

Accidentales sunt quae à proprijs & accidentibus petuntur.

35.

Accidentales sunt vel separabiles vel inseparabiles, de quibus agetur in quarto & quinto predicabili.

36.

Hac omnia generaliter differentia loco sumi possunt. Specialiter vero differentia dicitur, de qua hic in tertio predicabili agitur, & Specifica nuncupatur, natura simplex: ejusdem speciei, individuis omnibus communis, quae cum genere certam constituit speciem & de specie quaeritur in quale est.

37.

Διαφορά pro distincto respectu consideratur dupliciter vel συσπτική quae generi addita, speciem constituit, vel διασπτική quae genus in species dividit.

38.

Triplex hic discrimen differentiae & generis notandum venit. 1. Genus de pluribus predicatur quam differentia. Cum enim res distinguit non convenit omnibus generis speciebus. 2. Differentia quidem aequae atque genus rei est essentialis.



sentialis pars, interim tamen hoc magis exponit, quid res seu species sit, quam differentia. Differentia enim tantum generis interventu predicatur de specie in Quid. 3. Differentia significat qualitatem quādam generis, genus a. non differentia.

39.

Proprium prout quartum predicabile constituit simplex est & accidentaria natura, siue accidens quoddam: omnibus ejusdem speciei individuis commune: specificam differentiam tanquam effectus causam necessario consequens: ideoque necessario & semper inherens, predicatur de specie in quale.

40.

Alias proprium quadrupliciter sumi solet. 1. Quod soli alicui speciei accidit, licet non omni ejus individuo, ut Medicum esse.

41.

2. Quod accidit omni speciei Individuo, sed non soli verum & alijs diversae speciei, ut bipedem esse.

42.

3. Quod soli & omni & aliquando hoc est, quod convenit soli speciei & omni ejus individuo, sed non semper, ut canescere.

43.

4. De quo hic in presentia loquimur & quartum constituit predicabile, modoque est definitum.

44.

Proprietas hac necessario & incommutabiliter subiecto inheret, ut nullo tempore mens, etsi proprium à subiecto separat, fingere tamen in eo contrarium possit, nascitur enim ex intima rei essentia.

Accidens

45.

*Accidens est quod abest & adest citra subjecti corruptionem, de quo predicatur in Quale non conversum.*

46.

*Estque separabile vel inseparabile.*

47.

*Separabile est quod re ipsa separari potest.*

48.

*Inseparabile quod non potest re ipsa separari.*

49.

*Simplicium horum categorematum cognitio confert ad discernendum gradus vocabulorum in serie cuiusque predicamenti, prosuntque ad rem recte beneque definiendam & dividendam, &c.*

*Corollaria.*

1. Genus itemque species extra mentem & absque primis notionibus nihil sunt.
2. Plures una rei differentia specifica dari non possunt.
3. Genus & totum differunt.

*Questiones.*

1. An totum possit distingui a partibus?
2. Individuum vagum quid sit?
3. Individuum vagum an sit individuum?
4. An Accidens inseparabile contingat abesse vel adesse stante subjecto, affirmatur.
5. An Mors, combustio, & huiusmodi corruptiones dici possint accidentia & in quinto predicabili considerari.
6. An accidens extra subjectum sit aliquid.

F I N I S.



Carolo in Belen...  
Sua...  
Sua...





94 A 7363

ULB Halle

3

002 826 550




Sb.

V. 17

Einige in der Sammlung...

visibile voluit ex uirgine sumere: con-  
grue debuit corporali specie apparere  
formavit autem angelus corpus  
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie  
rutilans et veste choruscans uir-  
gini apparuit. Conuenienter uero  
uirgini annuntiatur incarnatio ubi:  
ut scilicet prius ipsum incipiat me-  
te quam carne. **M**utans ergo  
angelus nomen eue. dicit uirgini  
aue: indicans eam ab omni uel  
beram. **Q**ue bene gratia plena di-  
citur: quod alijs ad mensuram gratia  
datur: hec autem sola gratia  
quam nulla alia meruerint conse-  
cuta est: ut gratie impleretur  
auctore. **Q**ue cum gratia plena sit.  
prius etiam quam concipiat: post concep-  
tionem quantum dei habundat gratia  
quous cogitare possit. **U**nus uerum  
**E**t bene plena: quod ceteris per partes  
prestatur gratia: maiore uero simul  
se totam infudit gratie plenitudo:  
uere gratia plena: per quam largo sancti  
spiritus umbra perfusa est omnis  
creatura. **Q**ue celis dedit gloriam.  
terris deum pacemque refudit: fidei  
gentibus finem uicibus: uite ordinem.  
moribus disciplinam. **D**icitur  
quous ei dominus tecum. scilicet sit in uen-  
tre. qui tecum est in animo: adimpleat  
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelus in se  
uirgini gratissima: ista tamen clarissima  
dominus tecum potissime eam delectat  
ideo singulari deuotione dicitur de eam  
licet enim iam eam in uirgine: non enim  
tamen misit nuncium: quod modo singulari uo-  
luit esse secum. **H**ec etiam sola pre-  
omnibus mulieribus et super omnes mu-  
lieres benedicta predicatur. **C**um  
mulier subiaceret maledictioni dei  
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-  
ledictioni dei qui ait. **I**n dolo con-  
cepisti: uirgo maledictioni legis in qua  
erat. **M**aledicta sterilis: sed in maiore  
utrumque maledictum uitauit: maledic-  
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-  
tionem legis: quod filium habuit. **U**nde  
ipsa primicia uirginum dum primo  
uirginitate sua de obtulit maledic-  
tionem legis aboleuit: et merito benedicta  
dicitur: per quam mundus a maledic-  
tione liberatur. **E**t notandum  
quod super hac saluationem nunquam ho-  
mo uenire ualebit: nec alijs  
excellentijs dulcis et gratia beatam  
uirginem saluare potit: quia hac sa-  
luatione quam ipse deus per dicitur  
et per angelum ei destinauit. **I**n  
uobis singularis dulcissima implen-  
tur misteria. **N**am deus per eam  
sua omnipotentia confirmat: ut  
esset immunis ab omni uel



31  
F S A G O G E  
P O R P H Y R I A N A  
CERTIS THESISIBVS INCLVSA  
ET ADDISPVTANDVM IN ALMA  
Academia VVitebergensi proposita

*Præside*

M. Iacobo Martini Halberstad:

*Respondente*

Christophoro Nauvverck,  
Sorvigense.

*Ad diem 19. Decembris.*



VVITEBERGÆ,  
Typis VVolfgangi Meifsneri,

clō 1ō XCIII.